



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Aphorismi Confessiorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Iudiciales actus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

cienti iudicio, de proximo in re graui. p. m.  
esse, ait *Met. l. i. instruct.* §. 37. negat *P. N. nu. 453.*  
*Sot. l. c.* addens tamen aliquando id posse esse  
mortale. Idem docet *Val. l. c. p. 4.*

Quæ sint sufficientia ad iudicandum in-  
dicia videbit vir prudens. *Sot. l. c. & Val. p. 3.*  
In re grauissima ex leuibus indicis malè opi-  
nari, & dubitare adhibita deliberatione, m. p.  
putat. *Arrag. q. 60. art. 3. cum Vict. contra Caiet.*

*Iudiciales actus, vide Appellatio, Benefi-  
cium, Censura, Clericus, Denuntia-  
tio, Fæmina, Iuramentum.*

*De Iudice, & Arbitro, vide Reus.*

1 *Iudicem esse in propria causa, licet Super-*  
*riorem non habenti.*

2 *Quæstione orta inter Iudicem Ecclesiasti-  
cum, & sæcularem super iurisdictione, Eccle-  
siasticus iudicabit ad quem pertineat: alio-  
qui ad quemvis Iudicem ordinariè pertinet  
cognoscere in dubio, an sit sua iurisdictio.*

\**Couar. pract. quæst. c. 33. num. 1.*

3 *Malefactores posse sunt à miserabilibus, ut  
viduis, & pupillis, trahi ad Iudicem Ecclesia-  
sticum.*

4 *Ad Iudicem Ecclesiasticum pertinet cau-  
sa matrimonialis, & an contractus sit usura-  
rius, & an iuramentum liget, & an aliquid sit  
peccatum mortale: quamquam inter sæcula-*